



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Pione martyre. Cap[itulum]. Ixviiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

ille post dies vii iterum obdormiuit. Hec Bre-
gorius primo dialo. c. vlti. Post hec maxima-
nus imperator audita fama seueri eum cõphẽ
di fecit: et sacrificare nolentem in pdicta valle
decollari mandauit. Tulus animã duo angelis
in specie columbarũ vñi sunt ad celũ deferre.
Corpus autẽ eius apud urbem veterem condi-
tum est. Passus est aut kalen. february.

De sancto Seucro presbytero
et confessore. Cap. lxxvii

Seuerus presbyter et
confessor cognomẽto sulphurius p-
uincie aquitane vir genere et lit-
teratura nobiliss epistolas ad dei
amorem et mundi cõrempũ exhortatorias scripsit
forori sue multas: que nocte sibi esse discunt. Ad
paulinũ Nolanũ episcopũ scripsit duas: sed ad
alios plurimos que nõ vulgantur: quia familia-
ris necessitatis rem continent. Ebronica etiã
composuisse dicit. Beati martini vitam signis
et miraculis illustrem exarauit. Posthumani et
galli collationẽ ante se habitam: et dialogorum
libros. iij. Fuit autem discipulus beati martini
eiusq; sanctarum operum imitator: sub maiore
theodosio. Quieuit cum pace in domino. Dec-
gemnadius de viris illustribus.

De sancto Plone martyre. Cap. lxxviii.

Plone martyr: vt
habetur. iij. libro ecclesiastice hy-
storie tempore antonini imperato-
ris: inter ceteros qui veri mar-
tyres extiterũt famosissimus fer-
tur: qui docens et exhortas populum et in ipis
tribunalibus disputans: eos qui in persecutio-
ne titubabant viriliter hortans: post squalorem
carceris: vbi etiã multos fratru ad tolerantiam
martyriũ: suis exhortationib; roborauit: crucia-
tibus multis veratus est: deinde clavis confis-
sus et cadenti rogo superpositus beatũ finẽ vi-
te sortit' est. Eũ quo et alij. xv. simili pena passi
sunt kalendas february.

De sancta Brigida virgine. Cap. lxxix.

Brigida virgo cla-
ruit apud scotiam tempore pri-
mi iustini impatoris. Que sp̃ia-
nis et clavis paritib; orta a pue-
ritia sanctitatis operibus dedis-
ta: etiã miraculorũ gloria co-
ruscauit. Hec dum a matre miseretur ad bury-
rum ex lacte vaccarum congregandũ: prout et
alie puelle a parentibus mittebantur: et illa ro-
tum quod collegerat: pauperibus erogasset: te-
pore exquisito super omnes alias iuenculas
cooperarias suas buryrum apporauit. Et dũ
autem eam parentes nuptui tradere vellent: et
ipsa pudicitiam elegeret: postq; in manib; epi-

scopi coram deo virginitatem professã est: illi
gnum altaris tetigit: quod in testimonium ei?
sanctitatis statim viride factum est: sic manens
vsq; in presens. Quo viso miraculo stupefacti
parentes eam domino commendarunt. Et dũ
autem die quadã messoris ei? segetes in agro
colligeret: et pluuia maxima erumperet: a mes-
soribus suis imbrem sedauit: circumstantibusq;
agris pluuia madefactis sola huius arca sicca
permanfit. Et die quadam cum oues pasceret
imbre cadente pannis perfusa domum rediit.
Et vestes madefactas super solis radium: qui
per rimas intrabat siccandas extendit: que qua-
si in solida pertica diuinitus permanserunt.
Et aquã in ceruisã et lapidẽ in salẽ cõuertit: et
a natiuitate cecũ illuminauit. Et apũ inueniẽs
qui ad oues comedendas venerat: in xpi noie
adeo m̃suefecit: vt cũ ouib; pperuo quasi arti-
es moraretur: cũ eis deinceps ad pastum egres-
diens domũq; ipsas vti custos reducẽs. Et dũ
nouem viri in mortem conspirassent: et eos vir-
go christi ab intẽro pessimo reuocare non pos-
set: orauit ad dominum: vt nequam illum vo-
to resisteret. Egresso autẽ illis apparuit ima-
go quedã quasi illius hominis occidendi: quã
illi gladijs percutientes hominemq; peremis-
se putantes leti reuerfi sunt. Sed dum quod il-
lis contigerat cognouerunt compuncti ad pe-
des virginis prociderunt: et penitentiam eges-
runt. Sicq; sancta virgo multis claris virtus-
tibus: quieuit in pace kalen. february.

De sancto Estro diacono
no. Cap. lxxx.

Estro edessene ec-
clesie diaconus doctor: eximis-
us heremiticam vitam ducẽs:
nulla necessitate de cella di-
scessit lecttonis et scripture at-
q; orationi semper intentus:
qui ad se venientes salutari doctrina reficie-
bat: et libros et opuscula syro sermone conscri-
bebat. Hic est qui Basilium cesariensem epi-
scopum in figura columnæ ignis conspexit: et
ab eodem vt grece loqueretur: sibi a domino
vt impetraret obtinuit: vt haberetur supra in vi-
ta sancti Basilij kalendas ianuarij. Et tempore
quodam dum fames grauissima in omnem
terram seuiret: ipse pauperum miserus alias
nunq; egressus de cella exiit. Et ad ciuitatem
venit: diuitibus predicans: vt indigentibus
subuenirent: multasq; pecunias a diuitibus
suscepit inter inopes dispergendas. Quos in
porticibus congregauit: et pecunias eisdem
fideliter erogauit. Factaq; yberrate ad cellam
rediit: in qua post vnum mensem in domino re-
quieuit kalendas february: tempore valentis
imperatoris. Sepultusq; iacet in ecclesia edes-
sena. Hic multa syro sermone conscripsit: q; pu-